Universitätsbibliothek Paderborn

Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus

Dript, Laurentius a

Paderbornae, 1672

12. Idem possunt Rustici & Mechanici.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13441

Visual Library

PROPOSITIO XII.

Idem poſſunt Ruſtici, & Mechanici.

16. TAm ut vitent otium quam ut occa-
ſiones potitandi, ludendi & rixandi
&c. declinent, quaſi vero non poſſint aliter
tales occaſiones vitari, ut neceſſe ſit ea pro-
pter ſerviliter laborare. An non poteſt tem-
pus utiliter tranſigi piis & indifferentibus ad
bonum finem ordinatis colloquiis, piorum
librorum lectione, vel eorum auditione, o-
ratione, vel templi viſitatione? *An non obe-*
dientia & divinorum mandatorum obſer-
vatio melior eſt quam victima: Certe ſi pa-
ter filio, dominus ſervo abſtinere ab operi-
bus ſervilibus demandaret, utique illis pare-
retur: Jam Deo præcipienti, ut diem Sabba-
thi ſanctificemus obedire renuimus: ſimi-
liter ſed ex viliori motivo ſerviliter laboran-
tes excuſant qui dicunt.

PROPOSITIO XIII.

*Licitum eſt pictoribus ſine magno appa-
ratu diebus feſtivis pingere.*